

sitas, ut quidam S. Pater dicere solitus sit mundum nulla alia de causa magis perire, quam ob omissionem correptionis fraternae et ob violatum vitandae fornicationis preceptum. Et S. Augustinus, lib. I *De Civit. Dei*, cap. IX, ob omissionem fratris huius correptionis, testatur in hoc mundo honos cum malis gravissimis calamitatibus affligi; S. Gregorius, lib. VII, *epist.* 117, et citatur distinct. 8, cap. V: « Consentire videtur erranti, inquit, qui corripienda, ut rescari debeant, non occurrat. » Unde Glossa: « Ita peccat, ait, qui videns fratrem peccare, tacet, sicut qui penitenti non indulget. » Causas accusantes vel excusantes a correptione dat S. Augustinus, lib. I *De Civit.*, cap. IV: « Plerumque enim, ait, a malis docendis, admonendis, aliquando etiam oburgandis et corripiendis, male dissimulatur, vel cum laboris pignus, vel cum corum inimicitias devitamus, ne impediatur et noceant in istis temporalibus rebus, sive quas adipiscimur, adhuc nostra cupiditas appetit, sive quas adhuc amittere formidat infirmitas. Si autem propterea quisque oburgandis et corripiendis male agentibus parcat, quia opportunius tempus inquirat, vel eisdem ipsis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitam et piam erudiendos impediatur alios infirmos, aut ne vident atque avertant a fide, non videtur esse cupiditatis occasio, sed consilium charitatis. Longe autem graviores habent causam Ecclesiarum prepositi, qui in Ecclesis constituti sunt, ut non parcat oburgando peccata. » Hanc correptionem docet nos ipsa elementorum natura: sic enim ignis castigat et urendo purgat aere; aer per flabra ventorum castigat purgatque aquam; aqua, pariter terram. Accedit vocis etymon: *corrige* enim est simul cum alio regere; qui enim a se solo regi nequit, necesse est ut ab alio se adjuvante et corripiente regatur. Singulares in corrigendo exitere Moyses, populum idololatram capite plectendo; Phinees, Helias, Joannes Baptista et Christus Dominus, qui de templo, flagello facto ex funiculis, bis eiecit vendentes et enentes: neque charitas Christiana in aliquo esse potest, nisi fratri peccanti medicamentum correptionis adhibeat.

Etiam de-
cent ob-
menda.

impli.

Obligat
peccat
mortu-
II.

Benigne ordinare correptio fraterna obligat duntaxat, cum peccatum est grave et mortale: licet enim Cajetanus, Valenta et D. Solo censent nos obligari etiam ad corripiendum, cum peccatum est veniale, tamen id communiter non videtur verum, nec in praxi usitatum, nisi ex veniali sequatur grave damnum vel scandalum: aliqui enim ad singula venialia corripere et corripi, esset onus corripienti aeque ac correpto intolerabile, imo moraliter impossibile. Ita Abulensis, Adrianus, Paludanus, Gabriel, Sylvester, quos citat et sequitur Suarez, II II, tract. *De Charitate*, disp. 8, sect. 2, et Dom. Baues, II II, *Quest.* XVIII, art. 9.

SI TE AUDIERIT, LUCRATUS ERIS FRATRES TUUM. —

q. d. Percontat salvasti, ac lucratus es. Deo et celo una de causa magis perire, quam ob omissionem correptionis fraternae et ob violatum vitandae fornicationis preceptum. Et S. Augustinus, lib. I *De Civit. Dei*, cap. IX, ob omissionem fratris huius correptionis, testatur in hoc mundo honos cum malis gravissimis calamitatibus affligi; S. Gregorius, lib. VII, *epist.* 117, et citatur distinct. 8, cap. V: « Consentire videtur erranti, inquit, qui corripienda, ut rescari debeant, non occurrat. » Unde Glossa: « Ita peccat, ait, qui videns fratrem peccare, tacet, sicut qui penitenti non indulget. » Causas accusantes vel excusantes a correptione dat S. Augustinus, lib. I *De Civit.*, cap. IV: « Plerumque enim, ait, a malis docendis, admonendis, aliquando etiam oburgandis et corripiendis, male dissimulatur, vel cum laboris pignus, vel cum corum inimicitias devitamus, ne impediatur et noceant in istis temporalibus rebus, sive quas adipiscimur, adhuc nostra cupiditas appetit, sive quas adhuc amittere formidat infirmitas. Si autem propterea quisque oburgandis et corripiendis male agentibus parcat, quia opportunius tempus inquirat, vel eisdem ipsis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitam et piam erudiendos impediatur alios infirmos, aut ne vident atque avertant a fide, non videtur esse cupiditatis occasio, sed consilium charitatis. Longe autem graviores habent causam Ecclesiarum prepositi, qui in Ecclesis constituti sunt, ut non parcat oburgando peccata. » Hanc correptionem docet nos ipsa elementorum natura: sic enim ignis castigat et urendo purgat aere; aer per flabra ventorum castigat purgatque aquam; aqua, pariter terram. Accedit vocis etymon: *corrige* enim est simul cum alio regere; qui enim a se solo regi nequit, necesse est ut ab alio se adjuvante et corripiente regatur. Singulares in corrigendo exitere Moyses, populum idololatram capite plectendo; Phinees, Helias, Joannes Baptista et Christus Dominus, qui de templo, flagello facto ex funiculis, bis eiecit vendentes et enentes: neque charitas Christiana in aliquo esse potest, nisi fratri peccanti medicamentum correptionis adhibeat.

16. SI AUTEM TE NON AUDIERIT, ADIURE TECUM ADHUC UNUM, VEL DUOS (vel soorsim et vicissim nunc unum, nunc alterum, ut ait S. Hieronymus, vel potius utrumque simul), UT IN ORE DUORUM VEL TRIUM TESTIUM STET (Syrus, *constet*) OMNIA VERBUM. — Jubeat Christus, ut si correptus secretam monitionem respuat, corripiatur coram uno aut duobus, duabus de causis. Prima est, ut qui coram uno non erubuit, crubescat coram pluribus, utque plures testes cum de peccato facilius et efficacius convincant, ac emendationem persuadant. Ita S. Chrysostomus, Theophylactus et S. Augustinus, serm. 16 *De Verbis Domini*. Secunda, ut si nec coram eis velit audire seseque corrigere, illi sint testes, qui id ipsum Ecclesiae attestentur.

UT IN ORE DUORUM, etc. — Citat Deuter. cap. XIX, vers. 13. Vide ibi dicta. Requisivit duos testes: cum ergo hic ait « trium, » annoverat ipsum correptorem.

17. QUOD SI NON AUDIERIT EOS, DIC ECCLESIAE. — Ille est tertius gradus in ordine correptionis servandus, ut scilicet qui noluit audire monentem, nec testes, deferatur ad Ecclesiam, id est ad pastorem et superiorem, sive Praetorem, tanquam ad patrem spiritualem, aeque ac iudicem, ut tanquam paterne, sed majori auctoritate et pondere peccatum corripiat et feriat, itaque emendet: sin ille nolit corrigi, cum a coetu fidelium ut iudex excludat et abscindat. Quinque actus, ait Suarez, notandi sunt in hoc ordine ex *Matth.* xviii: Primus, est admonitio secreta: « Corripe eum inter te et ipsum solum. » Secundus, correptio: « Coram uno vel duobus adhibitis. » Tertius, denuntiatio: « Dic Ecclesiae. » Quartus, correptio Praetati: « Si Ecclesiam non audierit. » Quintus, coactio per excommunicationem: « Sit tibi tanquam ethnicius. » Qui omnes actus per se singuli cadunt sine dubio in preceptum, quia eodem tenore omnes pronuntiantur, et omnes fundantur in charitate et misericordia.

Porro, varias ob causas hic ordo omitti vel inverti potest, ac subinde debet, ut is qui peccavit, statim deferatur ad superiorem, ut ostendit Salmeron hic, et Gregorius de Valentia, II II, *Quest.* XXXIII. Prima causa et causus est, cum peccatum est publicum, ut fame ejus qui peccavit per secreta monitionem consili nequeat, multo minus scandalo publico quod peccans peccando dedit *Secunda*, cum peccatum est noxium tertio personae, vel republicae, ut est haeresis que ut cancer serpsit, ideoque statim summa vi per pastorem et episcopum inhibenda et recitanda est. *Tertia*, si constat monitionem secretam, vel coram testibus non profuturam; nam, ut ait

Ordo correptionis non servandus certis ca-
sibus.
Primo.

Secundo.

Tertio.

Adrianus: « Frustra tibi, et nihil aliud laborando quam odium querere, extrema dementia est. » *Quarta*, si correptus cedat juri suo suasque fama, ac contentus sit ut peccatum suum illico deferatur ad superiorem, ut in Societate Jesu: qui eam ingrediuntur expresse rogantur hac de re in examine, ac rogati respondent se contentos esse, ut id fiat. In Societate ergo et aliis religionibus similibus, recte et perfecte per omnia ordinatis, alius corrigendi ordo praescribitur, scilicet ut statim res deferatur ad superiorem, quia religiosi proponitur haec regula in ingressu; unde ipsi cedunt juri fama suae: non ergo illis fit injuria. Ratio est *prima*, quia ad bonum publicum expedit, ne peccatum inficiat alios, ut a superiore statim ei obvium: defectus enim noxios religioni vix potest efficaciter corrigi sine superiore, imo vix est spes emendationis perfecte sine superiore. *Secunda*, quia religio est schola humilitatis, mortificationis, contemptus honoris et fama. *Tertia*, quia religiosi sunt rantes: qui autem corripit, videtur agere superiorem alterius, eum enim docet, corrigit, instruit. Unde haec correptiones aequalium in religione saepe sunt odiosae et laedunt charitatem. Hinc regula nostra jubet, ne quis alium reprehendat. *Quarta*, quia in Societate nostra singuli tenentur reddere rationem conscientiae, suosque exponere defectus superiori: ergo et pati ut alii, si viderint illos, eidem aperiant. *Quinta*, quia directio religionis est spiritualis et paterna: ut ergo superior singulos et omnes dirigere possit in spiritu et pace, expedit eum omnes singulorum defectus nosse. Ita docet S. Bonaventura, in cap. xvii *Lucas*, et in *Regulis* S. Francisci, qui fuit magister generalis ordinis Minorum: imo sub eo celebratum fuit capitulum generale, in quo jubetur incarcerationi, qui aliter docuerit. Et S. Augustinus, *epist.* 109, in Regula monacharum sancit, ut si monacha alterius petulantem oculi jactu viderit, secreto moneat; si iteret petulantiam, imo ex veniali forte fiat mortalis, deferat ad superiorem. Similia habet S. Basilus in *Regulis fustis explicit.* Reg. xvi. Temere ergo hoc statutum religionum carperunt nonnulli, statuta enim haec probata sunt a Sede Apostolica. Idem diserte decernunt statuta ordinis Praedicatorum, dist. 1, cap. xviii. Ita S. Thomas, Richardus, Angelus, Salmeron, Suarez et alii. Vide Suarez, tom. IV *De Relig.*, cap. vii, ubi addit in Societate et ceteris religionibus servari quoque hunc ordinem Christi, ut si spes certa sit, secretam monitionem emendatorem proximi defectum, non deferatur ad superiorem. Porro, in visitationibus Episcoporum et Abbatum alius quoque servatur ordo. Ipsi enim sub censuris jubent peccata sibi denuntiari. Verum hi procedunt non per modum correptionis fraternae, sed iudicialis inquisitionis, vel accusationis, de quo hic non agit Christus. Vide Lessium *De Justitia et Jure*.

Denique hic notandi sunt tres canones, qui, si serventur, non peccabunt in ordine correptionis fraternae. Primus est, bonum publicum, v. g. republicae vel communitatis preponderat, ideoque preponderatum est bono privato. Secundus, bonum animae et salutis proximi preponderat, et preponderatum est bono communi ejusdem. Tertius, fama proximi praesertim consulendum est, quantum salvo bono communi et animae proximi fieri potest.

DIC ECCLESIAE, — proprie, id est pastori proprio, qui Ecclesiae tuae praest. Ut hoc planius intelligatur, quaeritur quid hic significet Ecclesia? S. Hieronymus et S. Anselmus hic, ac S. Gregorius, lib. IV, *epist.* 38, intelligunt fidelium coetum et multitudinem; quasi Christus hic velit, ut coram ea talis arguatur, ut pudeat, itaque emendetur. Hoc avide Zuinglius et Novantes sequuntur, ut deo vicium et populare Ecclesiae regimen sanciant, itaque populo adulescent. Unde Castellan pro « dic Ecclesiae, » profane verit *dic republicae*. Alii, *dic communitati*. Verum S. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius et alii passim, per Ecclesiam accipiunt Ecclesiam Pastores et Praetatos, qui Ecclesiam sive soorsim, sive in Synodo et Concilio representant; sicut magistratus representant rempublicam, et rex regnum. Et probatur *primo*, Prob. quia Christus jubet hic Ecclesiam audiri, id est, Ecclesiae obediri a reo, aliquo hoc ipso habendum pro excommunicato, imo pro Ethnico. Haec autem obedientia Praetati tantum Ecclesiae deferatur, ut patet, imo haec ratio persuasit Calvinio id quod dicimus. *Secundo*, quia Christus Ecclesiam explicans, subdit: « Quicumque alligaveritis, » vos, scilicet o Apostoli, Ecclesiae principes, et qui vobis succedent, Episcopi et Pastores. *Tertio*, quia perpetua Ecclesiae praxis ita habet, ut ad Pastores, Episcopos, Pontificem, aut Concilium generale Episcoporum, talis deferatur, non autem ad populum. *Quarto*, quia contrarium facere esset contra jus naturae, essetque gravis injuria in proximum: esset enim eum infamare, si ejus crimen sit occultum. Calviniste ergo illi qui suos adulteros, corumque adulteria, aliaque crimina publice in Ecclesia promulgant et tradunt, quasi Christus idipsum hic preceperit, graviter errant, peccantque contra charitatem ac subinde contra justitiam, cum scelus est occultum; quia famam fidelibus adiunt eosque publice probro et contumelia afficiunt. Sensus ergo est, q. d. Si frater correptus noluerit corripienti secreto, vel etiam coram duobus testibus auscultare, deferatur ad Ecclesiam Praetulem, qui quasi rector Ecclesiam representat, ut qui privatos despicit, Praetulum saltem reveretur eique corripienti obediat; quod si facere nollit, Praetulus, qui non tantum privati corripiendi, sed et totius Ecclesiae curam gerit, ut illi provideat, ne correpti contumacia et scelus in

Secundo.
Primo.

fideles Ecclesie proserpat, deposita persona patris assumat personam iudicis, eumque ab Ecclesia, velut ovem contagiosam a grege separat, excommunicat et expellat. Hinc patet contra eosdem Novantes Ecclesiam esse visibilem, utpote que adiri debeat a corripiente, ac videri et audiri a correpto.

Ad Pontificem corripientem.

Dicos: Ergo, si tui Prælati peccant, ac præsertim ipse Papa, debebit pariter deferri ad Ecclesiam, id est ad Concilium generale: ergo illi Papa est subjectus, ac consecratur Ecclesie regimen est aristocraticum, non monarchicum. Ita Abulensis hic, Quæst. CVIII, Panormitanus, Gerson, Almainus et alii, qui ex hac sententia, in Concilio Basileensi de Papatu deposuerunt Eugenium IV Pontificem. Verum hoc temerarium eorum factum paulo post reprobatum et retractavit Concilium Florentinum. Respondeo ergo negando consequentiam, quoad Papam (Episcopi enim, si peccant, deferendi sunt ad Papam ab eoque corripiendi). Hæc enim non pertinet ad Papam, sed ad alios omnes qui habent superiores; nec enim Papa in terra habet superiores, ne Ecclesiam quidem, aut Concilium generale, cum ipse totius Ecclesie sit caput, ut cum Concilio Laterano sub Leone X, sess. 11, perpetuis habet Ecclesie usus et sensus. Unde illud olim a Concilio 180 Episcoporum Sinuesse S. Marcellino Pontifici post lapsum penitenti acclamatum est: «Tuo te ore non nostro iudicio iudicas, nam prima sedes a nemine iudicatur,» teste S. Damasceno et Platina in ejus Vita, et habetur distinct. 21, can. 7 Nunc autem. Papa enim in Ecclesia plus est quam rex in regno: hic enim a republica suam accipit potestatem, Papa vero suam potestatem non accipit ab Ecclesia, sed immediate a Christo: quare nullo casu ab Ecclesia deponi potest, sed tantum declarari excidisse Pontificatu, si, v. g. incideret (quod absit) in publicam hæresim, ideoque ipso facto desineret esse pontifex, imo fidelis et Christianus.

S. Marcellinum Pontificem non grauem Concilii Sinuesse.

Quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus et publicanus. Qui enim Ecclesie Præsulem momentem contemnit, totam Ecclesiam, quam ille representat et regit, contemnit; ac proinde hoc ipso ostendit se nolle Ecclesie esse filium et civem: quare non fidelis et Christianus, sed Ethnicus et publicanus, id est publicus peccator habendus est. Publicani enim apud Iudeos ob rapinas, perjuriam, ait S. Hieronymus, et pauperum oppressiones, habebantur infames et seestes; ab Ethnicorum vero, velut idololatrarum, consortio plane abstinebant Iudei.

Rursum, «sit tibi sicut Ethnicus,» id est ab Ecclesia per ejus Præsulem exciatur, excommunicatur et separatur, ne suum scelus et contumaciam fidelibus contagione sua affricet, sed habeatur tanquam Ethnicus, id est infidelis et paganus, Dei fide, cognitione, religione et lege

privatus, ita ut nec cibum cum eo sumas, uti jubet Paulus, I Cor. v, 11, nec ei dicas ave, id est nec eum salutes, ut jubet S. Joannes, Epist. II, vers. 10, ut ex hac ignominia confundatur, scelus agnoscat et ad Ecclesiam penitens redeat. Excommunicatio enim interrogat peccanti, non ut pereat, sed ut emendetur. Nam, ut ait S. Augustinus: «Et ipsos Ethnicos in numero quidem fratrum non deputamus, sed tamen eorum salutem semper inquirimus.» Hunc esse sensum liquet ex eo, quod Christus subdit: «Amen, amen dico vobis: Quæcumque alligaveritis,» etc. Ita S. Chrysostomus, Hilarius, Augustinus, Glossa et alii passim.

18. ANEN DICO VOBIS: QUÆCUMQUE ALLIGAVERITIS SUPER TERRAM, ERUNT LIGATA ET IN COELO; ET QUÆCUMQUE SOLVERITIS SUPER TERRAM, ERUNT SOLUTA ET IN COELO. — Hic explicat Christus Ecclesiam ejusque vim et potestatem, scilicet per Ecclesiam accipi Apostolos et Prælatos Ecclesie, quibus ipse plenam dedit potestatem ligandi et solvendi, tum a peccatis, tum ab excommunicatione, adeo ut, quem illi a peccatis absolvant in terra, Deus illum absolvat in coelo; quem illi excommunicant egerint e coetu fidelium, Deus eundem delectat de libro vite et ejiciat de numero Beatorum. «Ad terrorem, ait S. Hilarius, metus maximi, quo in præsens omnes continentur, immobile Apostolicæ severitatis iudicium præmisit.» Nam: «quia poterat, ait S. Hieronymus, contemptoris fratris hæc esse responsio vel tacita cogitatio, si me despicias et ego te despicio, potestatem tribuit Apostollis (et Prælati eorum successoribus) ut sciant qui ab ipsis condemnantur, hominum sententiam divina sententia roborari.»

QUÆCUMQUE ALLIGAVERITIS. — Origenes, Theophylactus et Anastasius Nicænus, Quæst. LXXIV, (extat tom V Bibliothecæ SS. Patrum), putant hæc quoque ad correptionis præceptum, ac proinde ad omnes Christianos pertinere, q. d. Quibus penitentibus offensam in vos, o fideles, commissam remiseritis, remittet eandem ipsis Deus in coelis; quibus vero non remiseritis, nec Deus remittet. Verum hanc explicationem plane absquam, ineptam et falsam esse liquet ex eo quod Christus Ecclesiam opponat privatis peccatoribus, et eos corripientibus: ergo per Ecclesiam intelligit ejus Prælatos, non fideles communes. Rursum, quod Ecclesie tribuit iudicium et tribunal (hoc enim solis competit Prælati) cui obedire oportet, alioquin velut Ethnicus habeatis; ac deinde ad illud Ecclesie iudicium refertur generale hæc ligandi et solvendi potestatem, tum internam in foro conscientie, tum externam in foro externo per excommunicationem, quæ posterior maxime hic Christi scopo et proposito convenit, quamquam et prior conveniat. Ideo enim peccator deferatur ad Ecclesie pastorem, ut ab eo ad penitentiam et confessio-

Ver. 18

Ecclesia ligandi et solvendi.

Theodosius Imperator petit ab absolutionem et penitentiam a S. Ambrosio.

Tres ligati et solvendi potestas.

Analogie peccati et excommunicationis.

nem inducatur, itaque ab eo a peccato absolvatur, ut sic emendetur et justificetur; quod si facere nolit, impenitens et contumax ab eodem excommunicatur. Ita S. Chrysostomus, Hilarius, Augustinus, Glossa et alii passim. Unde recte Theologi ex hoc loco excommunicandi potestatem, ac etiam Sacramentum penitentie per modum iudicii et absolutiois colligunt et evincunt. Vide Bellarminum et Suarez, tract. De penitentia Sacramento. Hinc hoc intellexit Theodosius Imperator, qui ob eadem Thessalonicensem a S. Ambrosio templo expulsus, ingenuit: «Servis, inquit, et mendicis ad templum patet accessus, mihi præclusus est. Scio enim Dominum dixisse: Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata et in coelo.» Quare supplex S. Ambrosio factus petit absolutionem, quam et obtinuit, ac penitentiam ab eo injunctam explevit. Ita habet Vita S. Ambrosii conscripta a Cardinale Baronio. Jam Concilium Basileense in orat. Henrici adversus 3 art. Bohemorum, ad illud Matth. XVIII: «Quæcumque alligaveritis,» etc., notat ex S. Thoma tres a Catholicis agnoscit ligandi et solvendi potestates: prima est auctoritatis, quæ soli Deo competit; secunda excellentie, quæ Christo est propria; tertia ministerii, quæ solis sacerdotibus a Christo concessa est. Porro, potestas ligandi et solvendi amplissima est, multaque complectitur, uti ostendi cap. XVI, 19. Ex generali enim hæc potestas quam Apostollis confert Christus, colligit speciale, scilicet excommunicandi, atque a peccatis æque ac solvendi, sed et tantum potestatem ligandi et solvendi, sed et aliquid donum ingens, scilicet ut si duo ex vobis consentiant, petantque aliquid a Deo, idipsum sint impetraturi. Quarto, plane et genuine S. Hieronymus, Hilarius, Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, hæc referunt ad bonum concordie, cujus meminit vers. 15, ubi ob hoc instituit præceptum correptionis fraternæ, q. d. Ideo sanxi, ut si quis in te peccaverit, eum non odio prosequaris, sed benevole corripias et cum eo in gratiam redeas, quia bonum concordie tantum est, adeoque Deo curæ et cordi, ut si duo (præsertim antea dissentientes et discordes) consentiant et concordent, ac concorditer aliquid petant a Deo, illud sint impetraturi. Audi S. Hieronymum: «Omnis superior sermo ad concordiam nos provocaverat: igitur et premium pollicetur, ut sollicitus festinamus ad pacem, cum se dicat inter duos vel tres medium fore.» Sic Christus stetit se in medio duorum discipulorum euntium in Emmaus, cum de se loquerentur, Luc. XXIV, et in medio discipulorum ipsa die resurrectionis, Joan. XX. Sic Apostoli unanimiter perseverantes in oratione, impetrarunt Spiritum Sanctum in Pentecoste, Act. I, 14.

19. ITERUM DICO VOBIS, QUÆ SI DUO EX VOBIS CONSENSERINT SUPER TERRAM, DE OMNI RE QUANCUMQUE PETIERINT, FIET ILLIS A PATRE MEO, QUI IN COELIS EST. — Difficilis est horum verborum cum præcedentibus nexus; ideoque vario a variis assignatur. Primo, aliqui putant hæc pertinere ad duos testes quos, vers. 16, jussit Christus adhibere ad corripiendum peccantem. Unde Glossa exponit, q. d. Si duo ex vobis consenserint super terram, vel penitentem recipiendo, vel superbum abijciendo, vel de alia re quam petierint, fiat illis a Patre meo, qui in coelis est. Secundo, Jansenius sic necit, q. d. Si quidquid duo petierint a Deo, id Deus eis concederet, quanto magis idem ipse Ecclesie ligantis vel solvensis iudicium ratum habebit! Rursum Maldonatus sic, q. d. Ut in iudicio ligandi et solvendi non erretis, præmitte orationem; quia si meo nomine iudicatis, quidquid a Patre meo nomine petieritis, impetrabitis, iuxta illud: «Si quis petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis,» Joan. XIV, 13, et XVI, 23. Tertio, Franciscus Lucas sic, q. d. Vobis, o Apostoli, do non tantum potestatem ligandi et solvendi, sed et aliquid donum ingens, scilicet ut si duo ex vobis consentiant, petantque aliquid a Deo, idipsum sint impetraturi. Quarto, plane et genuine S. Hieronymus, Hilarius, Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, hæc referunt ad bonum concordie, cujus meminit vers. 15, ubi ob hoc instituit præceptum correptionis fraternæ, q. d. Ideo sanxi, ut si quis in te peccaverit, eum non odio prosequaris, sed benevole corripias et cum eo in gratiam redeas, quia bonum concordie tantum est, adeoque Deo curæ et cordi, ut si duo (præsertim antea dissentientes et discordes) consentiant et concordent, ac concorditer aliquid petant a Deo, illud sint impetraturi. Audi S. Hieronymum: «Omnis superior sermo ad concordiam nos provocaverat: igitur et premium pollicetur, ut sollicitus festinamus ad pacem, cum se dicat inter duos vel tres medium fore.» Sic Christus stetit se in medio duorum discipulorum euntium in Emmaus, cum de se loquerentur, Luc. XXIV, et in medio discipulorum ipsa die resurrectionis, Joan. XX. Sic Apostoli unanimiter perseverantes in oratione, impetrarunt Spiritum Sanctum in Pentecoste, Act. I, 14.

Secundo, Jansenius sic necit, q. d. Si quidquid duo petierint a Deo, id Deus eis concederet, quanto magis idem ipse Ecclesie ligantis vel solvensis iudicium ratum habebit! Rursum Maldonatus sic, q. d. Ut in iudicio ligandi et solvendi non erretis, præmitte orationem; quia si meo nomine iudicatis, quidquid a Patre meo nomine petieritis, impetrabitis, iuxta illud: «Si quis petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis,» Joan. XIV, 13, et XVI, 23. Tertio, Franciscus Lucas sic, q. d. Vobis, o Apostoli, do non tantum potestatem ligandi et solvendi, sed et aliquid donum ingens, scilicet ut si duo ex vobis consentiant, petantque aliquid a Deo, idipsum sint impetraturi. Quarto, plane et genuine S. Hieronymus, Hilarius, Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, hæc referunt ad bonum concordie, cujus meminit vers. 15, ubi ob hoc instituit præceptum correptionis fraternæ, q. d. Ideo sanxi, ut si quis in te peccaverit, eum non odio prosequaris, sed benevole corripias et cum eo in gratiam redeas, quia bonum concordie tantum est, adeoque Deo curæ et cordi, ut si duo (præsertim antea dissentientes et discordes) consentiant et concordent, ac concorditer aliquid petant a Deo, illud sint impetraturi. Audi S. Hieronymum: «Omnis superior sermo ad concordiam nos provocaverat: igitur et premium pollicetur, ut sollicitus festinamus ad pacem, cum se dicat inter duos vel tres medium fore.» Sic Christus stetit se in medio duorum discipulorum euntium in Emmaus, cum de se loquerentur, Luc. XXIV, et in medio discipulorum ipsa die resurrectionis, Joan. XX. Sic Apostoli unanimiter perseverantes in oratione, impetrarunt Spiritum Sanctum in Pentecoste, Act. I, 14.

Nota hic pulchrum ordinem discursus Christi. Ipse enim Apostollis de majoratu et primatu contententibus initio capitis, quasi frenum objicit humilitatem parvulorum, eosque monet, ne sua ambitione populum simplicem et in fide Christi adhuc parvulum offendant, caveantque a scandalo; inde, vers. 15, remedium scandali dat, correptionem fraternam; atque hæc omnia dixit Apostollis, quatenus ipsi representabant personam omnium fidelium. Verum quia in corre-

tionem ultimum ejus gradum statuit, ut dicatur Ecclesie, id est Prælato Ecclesie, subiungit ad conciliandum et auctoritatem: «Quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in coelo,» etc.: ubi Apostolos alloquitur, quatenus sunt Præsules Ecclesie, ideoque quatenus Prælatos, non vero fideles subditos representant; Prælatorum enim est ligare et solvere, non vero cæterorum fidelium.

Nota hic pulchrum ordinem discursus Christi. Ipse enim Apostollis de majoratu et primatu contententibus initio capitis, quasi frenum objicit humilitatem parvulorum, eosque monet, ne sua ambitione populum simplicem et in fide Christi adhuc parvulum offendant, caveantque a scandalo; inde, vers. 15, remedium scandali dat, correptionem fraternam; atque hæc omnia dixit Apostollis, quatenus ipsi representabant personam omnium fidelium. Verum quia in corre-

Si duo. — S. Chrysostomus et Euthymius id arceant ad solos Apostolos. Anastasius Nicænus, Quæst. LXXIV, ad correptionem et correptum. Origenes, ad virum et uxorem, q. d. Si vir et uxor

Consensio duorum hic quædam

consenserint abstinere usu conjugii, ut vacent orationi, quidquid oraverint, impetrabunt. Verum dico hæc ad quosvis fideles et Christianos pertinere: horum enim personam sustinent hic Apostoli, qui soli tunc Christo aderant.

CONSENSERINT IN NOMINE MEO (de quo vers. sequenti) SUPER TERRAM. — q. d. Adeo potens gratiaque Duo est concordia, et concors concordium oratio, ut si quid petant ipsi degentes in terra, ubi longissime distant a cælo, Deus tamen in cælo auditorus sit eorum postulata, eaque completurus; Deus enim, licet sit in cælo, tamen oculum auremque suam admoveat concordibus in terra orantibus.

DE OMNI RE — honesta, sive ea parva sit vel magna, sive facilis vel difficilis: intellige, dummodo illa fide, spe, humilitate, perseverantia petant, qua par est, et si illa res eis expedit: si enim eis non expedit, Deus non id quod petunt, sed quid melius et salubrius eis est daturus.

VERS. 20. IBI ENIM SUNT DUO VEL TRES CONSENTIENTES IN NOMINE MEO, IBI SUM IN MEDIO EORUM. — « In nomine meo, » id est propter me, nei respectu, mei intuitu, mei causa, mei amore, nil nisi me et meam gloriam querentes. Ita S. Chrysostomus et Euthymius.

IBI SUM IN MEDIO EORUM. — q. d. Ibi assisto, cooperor et dirigo eorum desideria et vota, illaque adimpleo: sum ergo in medio eorum, sicut Spiritus Sanctus est in medio Patris et Filii, quasi utriusque amor et nexus. Causam dat S. Hilarius: « Ipse enim, inquit, qui pax et charitas est, sedem atque habitationem in Loniis atque pacificis voluntatibus collocabit. » Et Origenes dicens nos sæpe non exaudiri a Deo, quia inter nos sumus discordes, causam subdit: « Sicut enim in musicis, nisi fuerit harmonia et convenientia vocum, non delectat audientem; sic Ecclesia, nisi consensum habuerit, non delectatur Deus in ea, nec audit voces eorum. » Alludit Christus ad illud *Ezech.*, xxv, 4: « In tribus placitum est spiritui meo, quæ probata coram Deo et hominibus; concordia fratrum, et amor proximorum, et vir et mulier bene sibi consentientes. » Vide ibi dicta.

Ex hoc loco nonnulli a majori ad minus non male probant Conciliorum auctoritatem. Est enim hæc sententia generalis, ac proportionaliter magis in iis, quam in aliis, locum habet. Si enim est Christus in medio duorum, ergo multo magis est in medio totius Ecclesie suo nomine congregatæ, quam Concilium Prælatorum et Episcoporum præsentat. Concilia enim proprie congregantur in nomine Christi, id est auctoritate et virtute Christi, ut Christi nomen, fidem et gloriam ubique augeant, propagent, illustrent: quare quod in nomine Christi petunt, ut in fide non errent, ut mores fidelium reforment, ut Spiritum Sanctum habeant assistentem, id sane

impetrant. Hoc maxime verum est in Conciliis Oecumenicis: derivatur tamen idipsum quoque ad concilia provincialia, cum legitime sunt et a Pontifice approbantur.

Mystice S. Hieronymus: « Possumus, ait, hoc spiritualiter intelligere, quod ubi spiritus et anima, corpusque consenserint, et non infra se bellum habuerint voluntatum, de omni re quam petierint, impetrent a Patre: nulli enim dubium est, quin bonarum rerum postulatio sit, ubi corpus vult habere ea, quæ spiritus. »

QUI IN COELIS EST. — Glossa: « Per hoc, inquit, Deum super omnia esse ostendit, et per hoc complere eum posse, quod petitur. » Vel « in cælis est, » id est in sanctis: quod valet ad probandum, quod fiet illis quidquid petierint quod dignum sit, quia illum apud se habent a quo petunt.

21. TUNC ACCEDENS PETRUS AD EUM, DIXIT: DOMINE, QUOTIES PECCAVI IN ME FRATER MEUS, ET DIMITTAM EI? USQUE SEPTIES? — Querit hoc Petrus occasione ejus, quod a Christo audivit, vers. 15: « Si peccaverit in te frater tuus, vadit et corripit eum, » ut habet Matthæus; aut potius occasione ejus, quod Christum addidisse tunc exprimit Lucas, xvii, 4, dicens: « Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum; et si penitentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccaverit in te, et septies in die conversus fuerit ad te dicens: Penitet me, dimitte illi; » ubi « septies » idem est, quod pluries et semper, q. d. Toties dimitte, quoties peccans dicit: Penitet me. Petrus ergo audiens « septies, » non satis intellexit, an « septies » definite et præcise, an indefinite pro toties quoties accipiendum foret. Instat ergo et rogat Christum, ut « septies » explicet, dicatque quoties præcise offensa fratris sit remittenda. Aut certe admirans hoc rogat, q. d. Hane, Domine, septies uno die peccanti, et septies penitenti, septias dimittam? Videtur enim toties peccans tam multiplici venia indignus, adeoque facilis hæc venia videtur novæ culpæ illecebra, eamque provocare. Nimirum peccus Petri adhuc angustum et in carne arcum et carneum, non capiebat immensam divinam in Christo naturæ clementiam abyssum. Unde illud dilatans, subjicit Christus:

22. DIXIT ILLI JESUS: NON DICO TIBI USQUE SEPTIES, SED USQUE SEPTUAGESIES SEPTIES, — id est innumerabiliter, et innumerabilibus vicibus offensam fratris, qui peccavit, si penitet, dimitte. Hoc enim intellexit, cum dixi, *Luc.* xvii, 4: « Septies, etc., dimitte illi, » scilicet per « septies » intellexi « septuagesies septies, » id est semper et innumeris vicibus. Cum enim septenarius sit symbolum universalitatis, septuagenarius vero numerus ita septenarium excedat, ut eum contineat decies (nam decies septem faciunt septuaginta), hinc significat multo amplius, et quasi infinitum et innumerabile. Ita S. Chrysostomus et S. Au-

VERS. 21. Quoties dimittam quod petierit?

ALLUDIT CHRISTUS AD JACOBUM.

gustinus, serm. 15 *De Verbis Domini secundum Matthæum*, quem audi: « Audeo dicere: Etsi septuagesies octies peccaverit, ignoscas, et si centies, et omnino quoties peccaverit, ignosce. Si enim Christus millia peccatorum invenit, et tamen omnia donavit, noli subducere misericordiam. Ait enim Apostolus: *Donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam, sicut Deus in Christo donavit vobis.* »

Symbolice: S. Augustinus, serm. 15 *De Verbis Domini secundum Matthæum*, et S. Gregorius, lib. XXXII *Moral.*, cap. XII, docent « undecim » esse symbolum peccati, quia hic numerus unitate transgreditur denarium decalogi, sivo legis divi-næ. Septenarius vero est symbolum totius; quia septem primis mundi diebus Deus creavit et ornavit totum hæc universum, rursus septem diebus assidue voluit totum et omne tempus: jam septies undecim faciunt 77, ergo 77 omnia omnino peccata esse remittenda significat. Hic ergo numerus symbolum est plenæ et totalis remissionis peccatorum omnium, toties quoties peccatorem penitet. Alludit Christus, ait S. Hilarius, ad Lamech, qui homicidium suum confitens, ait: « Septuaginta ultio dabitur de Cain, de Lamech vero septuagesies septies, » *Genes.* iv, 24. Vide ibi dicta. Nemo sicut in 77 generationibus (Lamech enim habuisset 77 filios, qui omnes diluvio perierunt, docet Josephus) punitus est Lamech, ita Christus salvator noster, per quem omne peccatum abolitum est, in 77 generatione natus est: nam in genealogia Christi, quam texiit Lucas, cap. iii, vers. 23, a Deo et Adam usque ad Christum inclusivo numerantur 77 generationes. Ita S. Augustinus, serm. 15 *De Verbis Domini secundum Matthæum*, et Julianus Pomerius, lib. III *Contra Judeos*, post initium.

Moraliter: discite hæc latitudinem cordis et abyssum charitatis Christi, quæ vult nos 77, id est innumeris vicibus, adeoque toties quoties fratri peccanti et penitenti ignoscere. Si enim nos homulos tante vult esse charitatis et liberalitatis, quantum ejusdem in ipso abyssum contineri existimabimus! Apposite S. Augustinus, serm. 13 jam citato: « Peccat semel, ignovi; peccat secundo et tertio, ignovi; quarto, vapulet. Corripimus verbis, et si opus est, et verberibus; sed delictum dimittamus, culpam de corde abiciamus, ut si per charitatem imponatur disciplina, de corde lenitas non recedat. » Porro, longe major erit hic numerus, si cum Origene præcise ipsos numeros urgeamus; non enim ait Christus « septuagesies et septies, » sed « septuagesies septies, » et Græce clarius ἑβδομηκοντάκις ἑπτά, id est septuagesies septem, hoc est 490 vicibus: multiplicia enim 70 per septem, fecit 490. Toties ergo Christus vult penitenti offensam dimitti. Sic fit allusio ad 70 hebdomades Danielis: nam hæc faciunt annos 490, quot fluxerunt a decreto reedificandæ Jerusalem usque ad Christum, per

quem fit plena peccatorum omnium remissio. Vide dicta *Danielis* ix, 24.

23. IDEO ASSIMILATUR EST REGNUM COELORUM HOMINI REGI, QUI VOLUIT RATIONEM PONERE CUM SERVIS SUIS. — q. d. Similiter agitur in cælis, perinde ac si rex computum iniret cum suis servis sibi debitoribus. Comparatur enim tota parabola toti rei significatæ, non autem partes paritibus: nam alioqui regnum non recte comparatur regi, sed rex terræ Regi cæli. Vide dicta cap. xi, vers. 16, et Canonem 28.

Nota: scopus et significatio parabola hujus patet ex postparabola, vers. 35, ubi dicitur: « Sic et Pater vester cælestis facit vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris. » Huc enim refertur tota parabola, et quæ huc spectant, applicanda sunt rei significatæ; cætera emblemata sunt pertinentia ad decorem et ornatum parabola, quæ proinde rei significatæ non conveniunt, nec eidem sunt applicanda, juxta Canonem 29. Emblemata ergo hic sunt illa quæ dicuntur vers. 25 de venditione uxoris et filiorum, et vers. 31 de conservis servum crudellem accusantibus. Rursus hic scopus innotuit per « a ideo, » quod respicit præcedentem versum, eumque statuit quasi proparabolam, sive titulum parabola. Ejus ergo hæc est vis, q. d. Ut scialis quam Deo gratum, et ab eo sanctum sit, ut fratri in nos peccanti toties condonemus, quoties ipsum peccati penitet, ideo subjungo parabolam, quæ assimilo regnum cælorum regi rationem ineunti cum servis suis.

24. ET CUM COEPISSET RATIONEM PONERE, OBLATUS EST UNUS, QUI DEBEBAT EI DECEM MILLIA TALENTA. — Talentum Atticum, teste Budæo, lib. *De Asse*, valdebat sexcentos aureos, sive coronatos. Unde centum talenta valent centies sexcentos aureos, id est sexaginta millia aureorum; mille talenta valent sexcenta millia aureorum; denique decem millia talenta faciunt summam sexagesies centum millium aureorum, id est sex milliones aureorum, ait Jansenius, Maldonatus et alii: quæ summa est ingens et immanis, ac plebeio et pauperi insolubilis. Longo, imo vigesies major erit summa, si sequamur supputationem et valorem talenti Hebraici: hoc enim continebat tria millia siclorum, id est duodecim millia drachmarum auri, hoc est, duodecim millia aureorum, sive coronatorum Francorum, ut ex Septuaginta evicti, *Exod.* xxxviii, 25; aureus enim Francicus est unius drachma, valetque 12 julios Romanos, sive 12 regales Hispanicos. Ergo decem millia talentorum auri sunt milliones aureorum Francorum (sive drachmarum) centum viginti. Christus enim non loquitur Græcis, sed Hebraeis: Hebraico ergo utitur talento, non Græco (1). Cogita

(1) Hic parvi refert verum talenti pretium ad postam æstimare, et talentorum varis fuisse genera nemo sciat. Satis sit in memoriam revocare 10,000 talentorum Atticorum valere fere 50 francorum milliones. *Hebraicorum*

VERS. 24.

Talentum Hebraicum.

ergo Deum hic a peccatore, qui vel unum peccatum mortale commisit, plus exigere, quam si a servo paupere vel mendico herus exigeret 120 miliones aureorum, quia unum peccatum mortale, utpote contra Deum abissum Deoque injuriam, imo quantum in se est, Deum spolians sua divinitate, longe major est Dei injuria, quam sit omnis injuria in omnes rebus commissa; ac longe majus debitum, quam sint omnia omnium hominum debita, quæ ab iis aliis hominibus debentur. Sicut enim Deus longe superat omnes, imo infinitos homines; sic injuria in Deum superat omnes injurias in homines admissas, paritque reatum et debitum pœne infinitum. Igitur hæc tanta debiti summa magis pertinet ad rem significatam, puta ad peccatum mortale, quam ad ipsam servi parabolam. Quis enim servus contrahat debitum 120 millionum, nisi vel ærarium regis fuerit ut succedat, vel integrum regnum perdat, vel prodat. P. 70, si unum peccatum mortale est debitum 120 millio um, quot millionum debitum erit illius, qui centum et mille, imo multa millia peccatorum mortalium commisit? Jam verò hoc apte convenit cum « septuagies septies. » q. d. Si Deus vobis remittit tantam multitudinem et magnitudinem peccatorum, quæ longe superat decem millia talentorum; ergo multo magis nos, omnes proximorum contra nos offensas eis remittere debemus, quæ et pauciores sunt, et minoris longe momenti, præsertim quia Deus hac lege et conditione nobis nostras culpas maximas et plurimas dimittit, ut et nos proximis parvas et paucas dimittamus, *Matth. vi. 14.* Ratio a priori est, quod sicut Deus est summum bonum, ita peccatum, quod repugnat divinæ bonitati, est summum malum. Quare sicut Deus est bonum infinitum, ita quoque peccatum, immensum quoddam est malum. Crescit enim magnitudo offensionis ex magnitudine personæ offense: quo enim persona offensa dignior, eo injuria est gravior. Si ergo persona sit infinite dignitatis, peccatum quoque malitiam quodammodo infinitam habebit. Hinc fit ut nulla pura creatura pro peccato mortifero, ex æquo satisfacere possit, imo nec omnia Sanctorum opera, vel unum peccatum valeant compensare; ideoque ad satisfaciendum ex æquo pro peccato, necesse fuit Filium Dei incarnari et pati, ut docent Paleros. Denique recte peccatum comparatur talentis, quia instar talenti et ponderis plumbei hominem degravat, deprimitque in tartara. Vide dicta *Zach. v. 6.*

Peccatum mortale est debitum infinitum.

Ratio a priori.

25. 25. CUM AUTEM NON HABERET UNDE REDDERET, JESSIT EUM DOMINUS EIUS VENUUDARI, ET UXOREM EJUS, ET FILIOS, ET OMNIA QUÆ HABEBAT, ET REDDIDIT. — Debitum juris et moris fuit apud nonnullas gentes, ut si debitor solvendo non esset, creditor eum venderet cum uxore et liberis, ut ex pretio

debitum reciperet. Id apud Judæos in usu fuisse patet IV *Reg. iv. 1*, ubi uxor Prophetæ cujusdam mortui ait Eliseo: « Ecce creditor venit, ut tollat filios meos ad serviendum tibi. »

Mystice S. Hieronymus: « Sicut uxori justis, inquit, dicitur sapientia, sic et uxori injurios et peccatoris appellatur stultitia, cujus filii sunt male cogitationes. » Et Remigius: « Uxor stulti, ait, est stultitia et carnis voluptas, seu cupiditas. »

Uxor justis dicitur sapientia; uxori peccatoris stultitia.

26. PROCIDENS AUTEM (in genua vel in faciem) SERVUS ILLE ROGABAT (legit Interpres *προσκύων*, uti et nunc nonnulli codices habent: plures tamen jam legunt *προσκύων* adverb., id est adorabat eum. Sic et Syrus) EUM, DICENS: PATIENTIAM HABE IN ME, ET OMNIA REDDAM TIBI. — Syrus: *Longuinis esto erga me, et omnia restituum tibi.* Arabicus: *Patientes esto, et ego dabo tibi, quod tuum est.* Servus hic, ut servitatem et veritatem sui suorumque evadat, aureos pollicetur montes: Omnia, ait, quæ tibi, o here, debeo, reddam tibi. Hoc erat ei impossibile: quomodo enim pauper servus et ad institas redactus, solvisset 120 miliones aureorum? Sed nimirum tempus extrahit, ut morans nactus, suis officiis et amicorum precibus lætatur animum regis, quem sciebat liberalem esse et magnanimum ad debitum ei condonandum. Nec eum fefellerit sententia. Unde sequitur:

Vers. 26.

27. MISERTUS AUTEM DOMINUS SERVI ILLE DIMISIT EUM, ET DEBITUM DIMISIT EI. — Hæc dicitur parabolice, ut significetur quam grata sit Deo humilitas, humilisque peccati confessio et venie petitio: illico enim illam servus humilians se obtinuit. Rursus ut significetur quanta, et quam immensa sit Dei misericordia et clementia, quæ statim immane hoc peccatorum debitum servo deprecanti dimisit, ut nos doceat et stimulet ad minores offensas proximis in nos peccantibus condonandum. Hic enim est scopus parabola. Ratio a priori est, quod Deus per essentiam sit bonus et benignus, adeoque sit ipsa increata et immensa bonitas et benignitas, cui proprium est omnibus benefacere, indulgere, parcere, sicut ignis proprium est calefacere, et solis illuminare. Unde Ecclesia orat: « Deus, cuius proprium est misereri, » etc.

Vers. 27.

28. EGRESSUS AUTEM SERVUS ILLE INVENT UNUM DE CONSERVIS SUIS, QUI DEBEBAT EI CENTUM DENARIOS, ET TENENS SUFCOCABAT EUM, DICENS: REDDE QUOD DEBES. — Denarius est julius vel regalis Hispanicus, ita dictus, quia valebat decem asses, id est nummos minores, puta decem baiocos, hi enim faciunt julium; centum ergo denarii faciunt decem aureos Romanos, horum enim quisque continet decem julios; decies autem decem faciunt centum; quare decem aurei Romani faciunt valentque centum denarios, id est julios (1):

Vers. 28.

(1) Igitur denarius, juxta nostram interpretationem, circiter valebat Gall. 0,33 centimes, sed paulo pluri si alios audiamus. — Cf. Duran de la Malle, *Économie politique des Romains*, t. 1.

sed quid sunt decem aurei ad decem millia talentorum, sive ad 120 miliones aureorum Francicorum, quos ipse suo debebat hero? Vide hic angustias et avaritiam pectoris humani, ad latitudinem et liberalitatem cordis divini; illud enim decem aureos sibi debitos rigide et crudeliter reposcit, hoc vero 120 miliones ultro condonat.

29. ET PROCIDENS CONSERVUS EIUS ROGABAT EUM, DICENS: PATIENTIAM HABE IN ME, ET OMNIA REDDAM TIBI. — Humiliat se servus coram conservo, isdemque verbis postulat ab eo sibi dimitti centum denarios, quibus ipse a Domino postularat et impetrarat 120 millionum condonationem, ut hujus condonationis eum submoneat, illisque imitandæ tacite admoeat. Sed frustra tunc servile et crudele pectus conservi, utpote a quo nec unius denarii vel teruncii remissionem impetravit.

Vers. 29.

30. ILLE AUTEM NON ULTUIT, SED ABIIIT, ET MISIT EUM IN CARCEREM, DONEC REDDERET DEBITUM. — Jure suo servus hic avare et rigide utitur; ideoque abutitur, immemor misericordiæ et clementiæ sibi a domino exhibitæ, ideoque ejusdem justitiæ figorem et immisericordiam in se provocavit, et reipsa sustinuit.

Vers. 30.

31. VIDENTES AUTEM CONSERVI EIUS QUÆ FIEBANT, CONTRISTATI SUNT VALDE, ET VENERUNT, ET NARRAVÉRUNT DOMINO SUO OMNIA QUÆ FACTA FUERANT. — Hoc spectat ad emblemata et ornatum parabolæ, sic enim faciunt servi in domibus herorum et aulis principum, non vero convenit rei per parabolam significatæ: nec enim Sancti et Beati apud Deum deferunt et accusant hominum cruciatum et scelera, sed potius ea tegunt et excusant, pro eisque supplicant.

Vers. 31.

32. TUNC VOCAVIT ILLUM DOMINUS SUUS, ET AIT ILLI: SERVE NEQUAM, OMNE DEBITUM DIMISI TIBI, QUONIAM ROGASTI ME.

Vers. 32.

33. NONNE ERGO OPORTUIT ET TE MISERERI CONSERVI TUI, SICUT ET EGO TUI MISERTUS SUM? — Arabicus: *Secundum misericordiam meam erga te?* q. d. Misericordia a me tibi exhibita debebat tibi esse stimulus et mensura misericordiæ conservo tuo exhibendæ. Mensura, inquam, non æqualis, sed proportionalis, et mea longe inferior, quia ego non habebam tot remissi, tuum vero erat centum denarios remittere; sed hæc æqualem exigo, ut sicut ego totum debitum tibi dimisi, sic tu totum (licet longe minus) debito dimitteres.

Vers. 33.

34. ET IRATUS (summa et implacabili ira, Syrus, *exarduit*) DOMINUS EIUS TRADIDIT EUM TORTORIBUS, QUOSQUE REDDERET UNIVERSUM DEBITUM. — Constat ex historicis et ex jure civili apud Romanos Gentiles, quibus Juddæi tempore Christi erant subiecti, solere debitores a creditoribus tradi tortoribus in carcerem tradendos et verberibus flagellandos: nam primus Constantinus Imperator ex Christiana benignitate, a plumbatarum flagellis debitores absolvit. Porro, tortores sunt

Vers. 34.

dæmones, ait Remigius, qui animas peccatorum mille modis gravissime torquent et cruciant in gehenna. « Quoad servum redderet, » id est in æternum torquendum: nunquam enim tantum debitum 120 millionum exsolvere poterit. Ita S. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius.

Queritur hic, an ergo tota culpa et pœna a Deo revocetur a peccatore, si supplicii iam remissa. Id enim videtur in hac parabola asserti.

An ergo ab ingratitude revocetur.

Dico primo, parabola hæc vera est in foro humano, in eoque juridice, uti parabolice sonat, accipiendæ est, præsertim quia jure civili ob ingratitudinem donatarii rescindi potest a donatore donatio et promissio jam facta. Tanti enim servi talis nequam et ingrati superbia et crudelitas apud homines æstimatur, ut omnes cessent eum mereri precedentium etiam debitorum culpam et penam luere, non quasi illa jam condonata reviviscant, sed quod virtute continetur in sequenti illa crudelitate, quæ adeo est impia et hominibus exosa. Debebat enim servus ille, si non alia de causa, certe ob misericordiam sibi prestatam, etiam aliorum pauperum miseretis eisque debita condonare. Et sic videmus principes eos qui se obtulerunt, quibusque pepererunt, si postea ingræte et arroganter contra nos se gerant, omnium etiam precedentium delictorum penas ab eis deponere: unde censetur eis quasi conditionate condonasse duntaxat, si videlicet se emendent sintque grati, et mox

Resp. Prima.

Dico secundo, id similiter non esse verum in foro divino et in re per parabolam significatæ. Nec enim Deus peccatori, cui omnia peccata dimisit, si postea alteri homini offensam in se commissam condonare nolit, peccata dimissa revocat, rursusque imputat et imponit. Ratio est, quia Deus pro infinita sua clementia non conditionate, sed omnino absolute et irrevocabili ter penitentis peccata dimittit, juxta illud « Sine penitentia sunt dona et vocatio Dei, » *Rom. xi. 29.* Quare licet peccator, accepto jam venia et gratia, relabatur in eadem vel alia scelera, ac nolit proximo injurias condonare, itaque Deo sit ingratus; tamen hæc ingratitudinis circumstantia non adeo peccatum aggravat, ut propter eam omnia peccata jam remissa revocentur et peccatori rursus a Deo imputentur: Deus enim, cum sit summa bonitas et sanctitas, non potest peccatum abolitum revocare et restaurare; sic enim esset peccati auctor et opifex. Adde hæc ingratitudinem non esse speciale peccatum, sed circumstantiam tantum generalem et indirecte duntaxat a peccatore volitam: generalem, inquam, omnium omnino peccatorum, quæ enim et singulis est circumstantia erga Deum ingratitudo. Quare in foro Dei optime et clementissimi hæc ingratitudo non ita aggravat peccatum, cui

Deus revocabit peccata dimissa.

anuectitur, sicut aggravat in foro terreno apud homines. Quomobrem in hoc non est ponenda parabola similitudo et comparatio, sed in eo, in quo Christus illam collocat et parabolam applicat, vers. 33, scilicet Iesus iis qui proximis suis offensas non remittunt, offensas in se etiam admissas jure talionis non remissurum: offensas, inquam, quas adhuc habent, vel aliunde contraxerunt, aut quas hoc ipso quo fratri penitenti offensam nolunt condonare, sed in eum varie et atrociter seviunt, contrahunt. Quocirca peccata semel a Deo dimissa, semper esse dimissa, nec ullo casu a Deo revocari docent Theologi cum D. Thoma, III part., Quæst. LXXXVIII, art. 4 et 3.

Tertio. Dico tertio, hæc vera sunt, sed non sufficient, nec exhauriunt fundum, vim et nervum hujus parabole; in ea enim expresse dicitur: « Et iratus dominus tradidit eum tortoribus, donec redderet universum debitum, » scilicet decem millia talentorum jam dimissum, vers. 24 et 27, ac subdit: « Sic et Pater meus celestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris, » ut scilicet revocet omnia præterita vestra peccata jam remissa, sicut dominus revocavit præteritum servi debitum jam remissum.

Dicitur ergo debitum hoc et culpa jam remissa revocari et redire per immiseriordiam hanc, et ingratitudinem subsequentem: *Primo*, quia immiseriordia hæc est peccatum mortale; nolle enim remittere offensam proximo, est fovere odium, iram et vindictam contra proximum, quod liquet esse peccatum mortiferum, ac proinde per illud idem status peccati et reatus gehennæ reddit, qui erat prius: nolens enim remittere, fit reus ire Dei et gehennæ, sicut erat ante ob alia scelera. Cum enim quis damnatur, perinde est ob quod peccatum damnatur. Hoc autem peccatum est irremissibile, quia quamdiu quis non vult proximo remittere offensam, tamdiu Deus illi non remittit culpam propriam. Hoc ipso ergo, quo simile novum immiseriordie peccatum committitur, per illud quocummodo præterita in Deum offense reviviscere et revocari videntur, quia reviviscit status peccati et reatus gehennæ.

Secundo, quia ingratitudo hæc valde aggravat peccatum, adeoque mortaliter, si credimus D. Solo, in IV, dist. XXXII, art. 3, qui proinde illam penitentem in confessione necessario esse exprimendam asserat. Alii tamen mitius censent ingratitudinis circumstantiam tactum venialiter aggravare peccatum, cui annexa est: nec enim ingratitudo hæc tanta est, quantum est ipsum beneficium aut quantum est peccatum, cui conjungitur. Hæc enim ingratitudo cuilibet peccato annexa est; crescit tamen ejus malitia et culpa proportionatim, ut quo majus tunc beneficium, aut peccatum illi remissum, eo major sit sequens ingratitudo, sed intra suos limites jam dictos; ingratitudo ergo acceptæ remissionis præterita peccata quodammodo revocat, hoc ipso quo sequens pecca-

tum aggravat. Porro, Theologi docent illam maxime cerni et æstimari in quatuor peccatorum speciebus, scilicet in odio, apostasia, obstinatione et impenitentia: hæc quatuor enim directe repugnant principio remissionis peccatorum, scilicet fidei, aut charitati, aut penitentia.

Frater odit, apostata fit, spernitque fateri, Penituisse piget, pristina culpa redit.

Ita D. Thomas, III part., Quæst. LXXXVIII, art. 4 et 3.

Tertio, licet hæc ingratitudo in se subinde non sit mortale peccatum, tamen sæpe mortalium peccatorum est causa. Deus enim ob hanc ingratitudinem majora gratiæ auxilia peccatori subtrahit, ac permittit hominem gravius a carne et demone tentari: unde fit ut in peccata mortalia plura et gravia probatur, per quæ reddit illa prior culparum et poenarum multitudo, per decem millia talenta significata. Hæc enim in illis virtute quasi continetur. Tantumdem enim ab illo repetit Deus, quantum erat prius debitum, perinde ac si illud nunquam ei remissum fuisset: ipse enim hæc remissione ingratum et indignum se præbuit, dignumque esse, qui in pristina debita, licet per alia scelera relaberetur, ut in eo impleatur illud: « Judicium sine misericordia ei qui non fecit misericordiam, » Jacobi II, 13. Ita Franciscus Suarez et alii cum D. Thoma, III part., Quæst. LXXXVIII, art. 4 et 3; fusc hæc de re agit Ecclesiasticus, xxvii, 4 et seq., ubi malis probat offensas in proximum esse condonandas, sicut Deus nostras nobis condonat. Vide ibi dicta.

33. SIC ET PATER MEUS CELESTIS FACIET VOBIS, SI NON REMISERITIS UNUSQUISQUE FRATRI SUO DE CORDIBUS VESTRIS, — scilicet offensas et peccata; Syrus, *errata ejus*. « Sic, » nimirum sicut herus ille, qui a servo non tantum debita crudelitatem ejus sequentia, sed et antecedentia jam dimissa reposcit, uti jam ostendi. « De cordibus vestris, » q. d. Ex ipso cordis fundo, multi enim ore dimittunt, sed non corde; felle ergo rancoris est imo cordis ejectione, jubet substitui Christum sed amoris. Igitur hæc parabola docet, quam grave sit Deoque invidiam, servare iram, rancorem et vindictam in animo adversus proximum, qui nos offendit; ac vice versa, quam plium Deoque gratum sit illa deponere ac in amorem convertere, uti Deus peccatorem penitentem in gratiam et charitatis suæ viscera recipit, omniumque præteritorum delictorum, perinde ac si nunquam commissæ essent, obliviscitur. Porro, id non semel, sed septuagies septies, id est semper et toties quoties proximum offense poenitet, facientium est. Ad hoc enim probandum, Christus induxit parabolam decem millium talentorum, id est debiti plurimi et maximi. Intemur ergo nos, qui sumus homuli et homunciones, Deum, qui quotidianæ nostras contra eum offensas, illasque

graves et plurimas, quotidie, adeoque quoties nos poenitet, ex animo condonat, ideoque quotidianè, imo sæpe per diem jubet nos orare: « Di-

mitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. » Vide dicta cap. vi, 12 et 14.

CAPUT DECIMUM NONUM

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, Pharisei querunt a Christo, an liceat quacumque ex causa dimittere uxorem? Respondet Christus negative, ac revocat libellum repudii permissum a Moysæ, atque matrimonium ad primam sui institutionem et insolubilitatem reducit. *Secundo*, vers. 11, commendat calibatam. eunque præfert matrimonio. *Tertio*, vers. 13, parvulis applaudit et benedicit, promittitque regnum celorum. *Quarto*, vers. 15, cuidam inquirenti vitam in celum, assignat observationem mandatorum, eidemque perfectiora postulanti suggerit, ut suas opes det pauperibus. Ille hoc audiens abiit tristis: unde dicit Christus ægre divites salvari. *Denique*, vers. 27, Christus Apostolis pauperibus se pauperem sequentibus promittit thronos duodecim ad judicandum duodecim tribus Israel; cæteris vero sua et suæ amore Christi relinquentibus, promittit centuplum et vitam æternam.

1. Et factum est, cum consummasset Jesus sermones istos, migravit a Galilæa, et venit in fines Judææ trans Jordanem; 2. et secutus sunt eum turbæ multæ, et curavit eos ibi. 3. Et accesserunt ad eum Pharisei, tentantes eum, et dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa? 4. Qui respondens, ait eis: Non legitis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam fecit eos? 5. Et dixit: Propter hoc dimittit homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una. 6. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separat. 7. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudii, et dimittere? 8. Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras; ab initio autem non fuit sic. 9. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, mœchatur; et qui dimissam duxerit, mœchatur. 10. Dicunt ei discipuli ejus: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. 11. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. 12. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt; et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus; et sunt eunuchi, qui seipsos castraverunt propter regnum celorum. Qui potest capere, capiat. 13. Tunc obliti sunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, et oraret. Discipuli autem increpabant eos. 14. Jesus vero ait eis: Sinite parvulos, et nolite eos prohibere a me venire; talium est enim regnum celorum. 15. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde. 16. Et ecce unus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam? 17. Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Unus est bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandata. 18. Dixit illi: Quæ? Jesus autem dixit: Non homicidium facies; non adulterabis; non facies furtum; non falsum testimonium dices. 19. Honora patrem tuum, et matrem tuam; et diliges proximum tuum sicut teipsum. 20. Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodivi a juventute mea; quid adhuc mihi deest? 21. Ait illi Jesus: Si vis perfectus esse, vende quæ habes, vende quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in celo; et veni, sequere me. 22. Cum audisset autem adolescens verbum, abiit tristis: erat enim habens multas possessiones. 23. Jesus autem dixit discipulis suis: Amen dico vobis, quia dives difficile intrabit in regnum celorum. 24. Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum celorum. 25. Auditis autem his, discipuli mirabantur valde, dicentes: Quis ergo poterit